solutionem faciendam, et accipiendam, quod pro regula tradit Florentini in d. l. 2.
loqui autem Consultum in his terminis patet ex eodem libero arbitrio, quod
simultanè tam creditori, quam debitori concedit, et quod alias in creditore ini-
quum, in debitore autem inrubile, et Vanum foret, id etiam deducitur non obicere

ad l. h. hoc tit.
l. 4. C. hoc tit. l. tot. Veri.
Paulus. l. tot. S. ff. h. tit.
d. l. 35. de pign. act.
l. 3. ff. de fideiunor.
l. qui mutuam. 56. S. ff.
mandari. l. 5. l. 15. C. de
iuris. l. 3. ff. h. tit.

Obiignata

l. 2. c.

l. 2. ff. hoc tit.

ex ipis Florentini Verbis. Non enim ait: Si aliud nomen exsolutum quis eorum
velit, prout dicere debebat, si de ea solutione Consulius cogitaret, qui pariter cuiusque
debito equalis est, imo ait: Si alio nomine exsolutum quis eorum velit, id est si quod
est datum pro parte debiti, alius nomine unius causae sive ad exonerationem eius, alius
alterius causae nomine acceptum fecerit velit. Denique id quoque convincitur clare, si
conferatur d. l. 2. cum d. l. 35. ff. de pign. act. quae, ut diximus lib. 8. in tit. Florentini de
sumpta est, ut eundem loquendi stylium in eadem facili specie habet. Loquuntur enim
ibidem Consulius de debitore unius causae principalis cum accessione Mutuarum, qui
Viginti nomine sortis debebat, et decem favian nomine Mutuarum, et ait, creditorem,
qui Viginti, aut minus ex pignoris venditione redegit, invito etiam creditore
in Mutua convertere decem, et alia decem, vel quod superest acceptum facere sorti de-
bere; etenim hic casus continet exceptionem regulae traditae a Florentino in d. l. 2. ff.
h. tit. in cuius specie si debitor solvere vellet sortem abique Mutua, minime cogere-
tur creditor accipere, quoniam parvalem, non integram solutionem debitor facit, ut recte
defendit Brunomanus in l. 2. C. de Mutua. Contrarium autem procederet, si Viginti
debitis ex causa promissionis, et aliis Viginti ex mutua contractu, debitor Viginti sol-
vens unum debitum demonstraret. l. 1. ff. quib. mod. pign. solv. Ait in d. l. 35. et si cre-
ditor designaret causam sortis invito etiam debitor cogere-
tur consentire, cum et cre-
ditor pignus distrahens demonstrandi facultatem habeat. l. 1. ff. de pign. h. tit.
et in his terminis debitor parvalem quoque solutionem facere compellatur; id namque
quod in superioribus diximus, nimirum non minus debitorem, quam creditorem par-
tialem solutionem subire non compelli, tunc locum habet, cum debitor Volentariè
solvit, non vero quando virtute compensationis, aut impurationis solvere compelli-
tur, ut infra cap. 2. Deo dante, dicemus. Manet igitur, Florentini regulam tunc pro-
cedere, cum alicuius causae nomine aliquid datur, non cum unum debitum sol-
vitur, prout in specie, et regula Obligam.

Exceptio dicitur in
l. 35. de pign. act.

Quae quidem regula procedit non solum quando
debitor ex causa mutui centum, ex causa emptionis quinquaginta, et causa pro-
missionis Viginti debens, decem solvit, Verum et quando solvit Viginti, causam
autem emptionis, vel mutui designat, et creditor non consentit; tunc enim
pariter liberum est, dum hoc agitur, et inter eos contenditur, vel debitori non dare,
vel creditori non accipere. Idemque pariter procedit, si eadem specie contenta de-
bitor quinquaginta solvens, promissionis causam, ex qua Viginti dumtaxat debet,
demonstrat. Quippe Viginti accipere creditor cogitur, in residua vero quantitate
si dissentiant, idem ubique arbitrium tribuetur ob eandem omnino rationem.
Eadem Florentini regula procedit, quando debitor sortem dumtaxat abique Mutua
solvit, ut nuper dictum est; secus licet procedat quando Mutua saltem unius anni
abique sorte solvit agitur in l. 1. §. Balanus. ff. h. tit. Etenim in primo casu non
totum debitum ex unica causa, et radice procedens solvit, sed partem dumtaxat;
quod quidem invito creditore fieri requirit, ut supra in superioribus repetitum
manet; In secundo vero casu ideo Mutua debitori abique sorte, creditori etiam
invito solvere licet, quia hoc ipsum tacite lege ipsa conventionis datum est. Quippe
ideo de Mutua annis singulis solvendis inter contrahentes convenit, ut earum
beneficio sorte fieri sinat debitorem creditor, tolerabilisque ipsi debitori mora sit.
Idemque pariter procedet in pena simultaneè loco Mutuarum ympana, de quo abundè
loquimur ad Sabonem lib. 5. Pithan. in l. 1. ff. de nautic. fenore. id autem limitata, et
quando nimirum debitor non virtute stipulationis in contractibus strictis, aut virtute
pacti incontinenti adiecti in bonis fidei conventionibus, aut saltem ex mora in conven-

NC. 24.

l. 1. §. 2. Calerius ff. h. tit.

l. fin. de naut. fen.

nonibus eisdem Vixas debet, sed naturaliter dumtaxat ex conventionione nuda; tunc enim proculdubio nominatam pecuniam sorti abique Vixis applicare poterit, imò et nihil dicat in simplici debito abique pignoris, minime quod exsolutum est Vixu accepto fieri poterit abique consensu debitoris. *l. In his. s. t. Veri. Sed si forte. l. Cum ex*

l. Item ex pluribus. s. 3. ff. h. tit. ubi? Iulianus elegantissime putat ex ea causa cum solvitur videri debere, ex qua tunc cum solvebat, compelli poterit ad solutionem. iuxta quæ intelligitur tunc alias diffidit in *l. Creditor. s. 2. ff. Cum de sorte. s. ff. h. tit. ubi enim debebat qui quinquaginta nomine sortis, et viginti nomine Vixarum, solvit autem quinquaginta sortis nomine; creditor vero prius in Vixas solutam pecuniam imputari valebat, cum de sorte constaret, de Vixis litigatum esset, an nimirum civiliter, an naturaliter dumtaxat essent debitor, novissime in appellationibus instantia pronuntiatum est, solutas Vixas non debere repeti, in futurum autem non esse debitas declarari, quæritur est, an quod solutum esset sorti, an Vixis potius, ut creditor intendebat, accepto fieri deberet? Et respondit Siquola sorti potius quam Vixis solutam pecuniam accepto ferendam esse, si tempore solutionis, sortis causam debitor demonstraret, ut in facti consultatione proponitur erat Siquola, et in specie simili necesse erat; neque enim est verisimile debitorem simpliciter solutionem fecisse, vel tempore quo litis immanebat super Vixis, aut cum litis contestata erat, ut recte supponit David Argente de solut. ad has leges. Separat. 2. in p. 1. Nam imò si debitor simpliciter, vel partem, vel Vixarum quantitates sortis simpliciter solvisset in specie Siquola idem dicendum esset, ut mihi interim videretur arg. tunc in *l. 55. Imperator, et l. 303. ff. h. tit. ubi per errorem facti, vel iuris, si nomine Vixarum solvere dixerit, aut creditori id statuenti consentiverit. Denique etiam habebit locum Florentini regula, si non iuxta obligationis præscriptam naturam, aut non congruo loco, et tempore, integra licet quantitas debita creditori offeratur, veluti si aliud pro alio invito creditori solvere debitor intendat, quando facultas similis vel à iure, vel conventionis ipsius lege eidem data non est. iuxta ea, quæ traduntur à DD. de la Serna de solut. cap. 2. n. 4. cum pluribus regg. Vel si alio loco, quam in quo dare se promissor obligavit, solvere stipularum intendat. *l. pen. ff. de eo quod certo loco, aut si post moram contractam, et Vixas decimas, quæ officio Iudicis in bonis fidei conventionibus veniunt. l. 4. cum similibus. ff. de Vixis, sortem dumtaxat abique Vixis offerat creditori. arg. tunc in *l. 5. fin. de Vixis. l. si solvitur. 39. ff. h. tit.****

Quarto adversus id, quod diximus, nempe licere debitori demonstrationem causæ facere usque ad tempus traditionis pecuniæ, obitare videretur tunc in *l. si quis stipulatus. s. ff. de solutione. ubi habetur facultatem ex vi conventionis competentem debitori solvendi, et dandi rem solutioni adiectam perdurare dumtaxat Vixas ad tempus litis contestationis: Unde fortiori ratione dicendum idem videbatur in nostro tractatu, scilicet contestationem litis finem esse facultatis demonstrandi, non ex conventionione, sed ex facti natura debitori competentis. At quæ non videatur hęc inesse omnino disparata, et inconnexa esse, etenim idem facultas solvendi adiecto, seu rem adiectam solutioni ex lege conventionis debitori competens, prius cessat contestatione litis, quia ex tempore iudicii accepti novam actio incipit, et nova velut conventio ex quasi contractu partium oritur. *l. 3. s. Item scribit iudicati. ff. de peculio. l. 1. ff. de novat. Cum ergo debitor ex priorum conventionione illam facultatem habet extincta, et novata ea, ex nova conventionione arbitrium, idem retinere eum incivile est; in nostro vero tractatu minime idem termini supponi queunt; siquidem quando debitor ex pluribus causis unum debitum demonstrans solvit, minime à ceteris obligationibus liberatur, quæ prius inter se diversæ, et inconnexæ sunt, utpote ex diversis provenientes fontibus, et radicibus, imò perinde ex eis manet obligatus, ac si illa alia causa soluta non fuisset. itaque in nostro tractatu si debitor iudicialiter conventus unum debitum solvat, aliam designans causam, ab ea proculdubio liberabitur; iudicium autem super alia integrum manebit; Nam et si ex pluribus causis debitor, licet super una pendente simpliciter, nulla facta demonstratione**

l. Item ex pluribus. s. 3. ff. h. tit. ubi?

l. 102. s. Cum de sorte. h. tit.

Arg. tunc in l. 55. Imperator, et l. 303. ff. h. tit.

l. pen. de eo quod certo loco.

l. 5. fin. de Vixis. l. 39. ff. h. tit.

l. si quis stipulatus. s. ff. de solutione.

l. 3. s. Item scribit iudicati. ff. de peculio.

l. aliam de novat.

l. 1. ff. de arbitrio.

solvat, minime videbitur, in eam causam solvere, quae in controversia est, et sub incerta alia iudicio pondet, ut clare testatur *Ulp.* in *l. t. ff. h. tit.* Videnda sunt tradita ad *Didaco de la Serna de solut. cap. 2. num. 7. et 8. et a me lib. 5. Pithan. ad tex. in l. fin. ff. de nautico fa-*

l. fin. de nautico fa-
in prio
l. 5. h. tit.

De facultate demonstrandi causam creditori Competente, cessante, et tacente debitore =

Caput 2.

Iurisconsultus Ulpianus in eadem *l. t. ff. de solutione in Veris*. Quoties secundum Regulam tradit dicens: Quoties Veris non dicimus id, quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum fuerat. Si itaque debitor non dicat id, quod solutum potius esse velit tempore quo pecuniam tradit creditori, velut ait *Philippus Imperator* in *l. Si Vnus. 2. C. de Vnus*, in continentem ante, vel post numerationem, ante traditionem Veris, imo simpliciter solutionem faciat, est in arbitrio accipientis dicere, cui potius debito pecuniam acceptam fieri velit, etiam invito debitore, ut clare indicat *xi. in d. l. 2. C. de Vnus*, iuncti *l. Ob triginta. 3. ff. h. tit.* et *l. t. C. eodem in Veris*. quod si debitor, ibi: Quod si debitor hoc non fecit, convertitur electio ad eum, qui accepit. facit *xi. in l. 3. §. sed et si quis. C. Comm. de leg.*

N. 4
D. l. t. h. tit.
l. 2. C. de Vnus.
l. 3. ff. h. tit. l. t. Veris
quod si debitor. C. cod. u.

Huius autem principii ratio, cuius auctor ex *Consultis Ulp.* invenitur, petenda videtur ex alia ipsius opinione, quae Imperatori *Iustiniani* constitutione improbata invenitur in *l. pen. C. de cond. indeb.* quae in ordine eo *So.* eius novissimi decisi. est iuxta *Emundum Meillum*: Si enim debitor, qui alternativè *stihicum*, aut *Pamphalum* debebat, et electionem habebat. *l. Plexunque. 10. §. fin. cum Vulgaris. ff. de iure dotium*, Vtrunque per errorem creditori solveret; antiquitus disputabat, an debitor electionem retinens repetendi, quem ex hominibus solvens velit, haberet arbitrium, an potius creditori pro arbitrio retinendi alterum facultas esset, quasi ex creditore, facto debitore ordine conversio. (Idem circa heredem alternativum debitorem ex *testam. disputabatur, cum utroque soluto nequidem de facto terminata erat defuncti voluntas, nec locus. 19. de leg. 2. esse poterat) Ulpianus, et Marcellus Proculianorum opinionem secuti, pro creditore stabant. *l. Si non Sozem. 26. §. Si decem in fin. de cond. indeb.* *Iulianus, et Papin.* stabant pro debitore cum *Sabinianis. l. Cum hi. 32. in prio. ff. de condit. indeb.* Quorum *vs.* confirmavit, et approbavit *Iustin.* in *d. l. penult. abrogata Ulpiani ss.* cuius Vestigium licet in *Pandectis* maneat in *d. §. Decem in fin.* tamen iuxta *Pacium, et Oivwald. lib. 19. comm. Donell. cap. 18. lit. a.* congruè accipi potest iuxta novam illius principii constitutionem; non enim affirmative, sed supportivè in argumentum ab *Ulp.* adducitur in *Veris*. quamvis sequenti sensu disputabat Ulp. Si ego cum deberem decem, aut *stihicum*, quinque solvam, et postea *stihicum*, an sit in arbitrio creditoris recipiens, quinque retinere, et *stihicum* reddere, petiti quinque reliquis; et decidit *Consultus*, minime hoc licere creditori, et si iuxta ipsius opinionem constans, et Verum esset, quod eidem creditori in eadem specie alias retinendi quod vellet, arbitrium daretur, integris decem, et *stihico* per errorem a debitore soluti; non enim qui quinque solvit et *stihicum*, Vtrunque solvit, imò unam ex rebus in alternativa promissione deductis solvit, ex altera dumtaxat partem; unde nulla consideratione quantumvis vera esset *Ulpiani* opinio circa rem Vtrunque simul solutam, electio a debitore omnia, et in creditorem translata intelligi poter, imò potius incepra a debitore quinque soluti, et perfecte expedita; soluto postmodum *stihico*, credi debet. Videndi sunt *Pinell. 2. select. cap. 18. n. 36.* et late *Andreas Cludius de cond. indeb. cap. 3. n. 64.* cum pluribus seqq. *Iidem* forsitan rationibus disenserunt *Celcus, et Iulianus in d. l. Cum hi. 32. §. fin. de cond. indeb.* et in *l. Si is cui. 19. ff. de leg. 2. de quo cap. superiori num. 8.* dicium manet. *Hac* igitur idea *moeris Ulp.* in presenti quoque tractatu, existimavit, electionem transferri in creditorem, cessante, et tacente debitore, idque videtur indicare Imperator in *d. l. t. Veris*. quod si debitor, cuius opinio non abrogata, imò approbata potius in hac parte, in *Pandectis* relicta est cum temperamento, quod ipse *Ulp.* in*

N. 2
l. pen. C. de cond. indeb.
l. 10. §. fin. ff. de iure dot.
l. Si n. Sozem. 26. §. Si decem de cond. indeb.
l. Cum hi. 32. eodem.
d. l. 32. d. tituli.
l. Si is cui. 19. ff. de leg. 2.

hac eadem l. t. subicitur; quippe creditor non liberam, et pro ingenio electionem habet; imò quasi loco debitoris subintratus, et eius vice gerens utiliter arbitrari debet; perinde ac si per creditoris personam adhuc debitor electionem retinueret iuxta Papinianum, et Iulianum ss.

N. 3.

Denim consideratio hęc, licet aliquando nobis placeat, hodiè tamen non adeo vera, et tuta videtur. 1. quia Iuriconsulți de hac re loquentes, minime distinguunt, an consulto, an ignorantem, et per errorem facti, vel raris debitor demoustrandi facultatem sibi competentem omniserit. 2. nam si eadem Veriusque controversię Ratio euet, minime Ulp. in presenti creditoris electionem temperaret, imò liberam elendi Arbitrium eadem conceñuer, prout in specie tñi in d. l. pen. C. de cond. ind. Et quidem Validioris Ratione; siquidem in terminis speciei tñi in d. l. penult. cum similibus supia adductis ex iure conventionis pradem electio debitoris compererat; in nostro Verò tractatu non conventionis Virtute comperit, imò ex natura facti originaliter demonstratio provenit. 3. nam si Veriusque controversię ratio eadem euet, pariter opinio Ulpiani in hac parte euet abrogata, prout in alternativa promissione consistit, scilicet d. l. penult. Nec quod temperata inveniatut arbitrio boni Viri in presenti quidquam facit; tum q. Equè temperari potuit altera Ulpiani opinio in quest. d. l. penult. ut nimirum creditor, factus debitor respectu conditionis indebiti non pro ingenio electionem haberet, imò eam speciem eligeret, que commodior euet debitori; tum quia adhuc simili temperamento adhibito, iniquum euet iuxta Iulianum, et Papinianum rationes, de quibus DD. in l. penult. debitoris etiam post traditionem pecunie electionem auferre. 5. ut alias DD. in l. penult. debitoris etiam post traditionem pecunie electionem auferre. 5. ut alias Variationes omittamus; quia si eadem utrobique ratio euet, tacenti miraremur, adeo diversa Ulpiani eiusdem precepta, qui indefinitè in specie d. l. penult. electionem creditoris concedebat; in presenti autem, adeo celexi tempore facultatem creditoris contraxit, ut Vix paulo post factam solutionem, demonstrationem concedat creditoris, et ex fine l. t. iuncto pñi l. 3. h. tit. clare constat. Rursum miraremur magis Ulpianum in hac nostra l. tot angustas semitas creditoris precipuè credentem, in quem translatam electionem supponit, et simul Iulium Paulum in l. tot. Veri. Paulus h. tit. qui omnino liberum demonstrandi arbitrium concedit creditoris illi, qui ex pignori distractione redacta pecunia sibi satisfaci, ac si non utrobique pariter eadem ratio à Proculeriano cum Ulpiano considerata miraretur, nempe quod ordine inverso creditor, qui erat, hodiè debitor factus invenitur; somniant enim Donellus, et Bachov. ad Trevel. d. Vol. 2. disp. 29. th. 3. l. 2. C. dum asserunt pariter in specie nostre legis. 1. liberum demonstrandi arbitrium creditoris tribuendum eue, prout equè, nō fallor, somniant Paulus de Castro cum ceteris, qui sequuntur eum, existimans, indebiti conditionem in his terminis concedi debitori, qui post traditionem factam cum creditore, circa demonstrationem causę minime convenit. Ant. Pir. lib. 3. q. 21. num. 1. Relatus ab Orualdo d. lib. 46. com. cap. 12.

et l. pen. C. de cond. ind. b.

l. 1. in fine iuncto pñi l. 3. h. tit.

l. tot. Veri. Paulus. eodem.

N. 4.

Ratio l. h. tit. et l. C. eodem. 6

Ita igitur combinationibus omnium presentis regule rationem alia querenda est, quam que ab Imperatore Antonino traditur in d. l. t. Veri. quod si debitor. Ch. tit. ibi. Quod si debitor id non fecerit, convertitur electio ad eum qui accepit. Cum enim hęc demonstrandi facultas, ut in superioribus diximus, et satis probavimus, non ex conventionem aliqua expressa, vel tacita proveniat, sed ex natura facti, de quo apertè, accidentaliter potius originem trahat, eique comperat naturaliter, qui nexum aliquem ex plurius solvere intendit: consequenti est converti demonstrationem ad creditorem, qui cedente debitor, et pecuniam simpliciter tradente, per imputationem nexum aliquem solutus est: nihil enim dissolvit debitor, qui simpliciter solvit aliquam pecunie quantitatem, debitor cum sit ex plurius causis, nexum cum inveniatur quam plurimis vinculis: inde mira proprietate ait Imperator Convertitur electio ad creditorem ac si diceret, naturaliter respicere creditorem incipit demonstrandi facultas, qui et incipit auctor dissolutionis nexum fieri, et pars activa facti, de quo apertè; non enim de persona debitoris transfertur electio in creditoris personam; imò naturaliter convertitur ad creditorem cum ipso facto dissolutionis nexum, quo cum deambulat naturaliter, et realiter, quin personarum qualitas, seu conditio in

consideratione sit; unde immediate provenit Iul. et Papin. Ratione, de quibus in d. l. pen. C. de Cond. indeb. proinus in presenti cenare, non enim alia consideratione in terminis illius disputationis, adhuc post solutionem utriusque speciei, debitori electionem referendi reser-
 vabant, nisi quia Virtualiter ex eo quod Verimiliter inter contrahentes aperta, alternativo
 debitori electio data censeatur l. Si in emptione. 34. § Si empro. ff. de Contrah. emp. l. 10. § fin. ff. de iure dot. l. adigere. ff. de iure paron. Cas in alternativa cum sex contri alius
 Extra de Reg. iur. in 6. Iniquumque esset facta per errorem solutione sibi conventionem pa-
 ratam, et quiritam electionem amittere. At in presenti huc iniquitas proinus cenat, cum
 Virtute conventionis demonstrandi facultas minime debitori competat; imo accidenta-
 liter ex eo dumtaxat habet eam, quia tempore quo solutio expeditur, ipse Author diso-
 lutionis nexus consideratur, et pars activa eiusmodi facti; quibus terminis cenantibus,
 puta si non ex fluxibus causis inveniatu debitor, si creditor in iudicio perat, si
 pignore distracto sibi satisfaciat, non minus creditorum ob eandem rationem in his
 casibus, quam debitori ipi demonstrandi facultas datur, neque enim debitori ut de-
 bitori tribuitur electio causy, sed debitori ut nexum solventi, et authori, et parti ac-
 tivy dissolutionis demonstratio conceditur, ut dicitur probat Oly. in pno l. t. h. r. ibi:
Quoties debitor ex fluxibus causis unum debitum solvit, hoc est solvere intendit, ut
 supra explicavimus: q. si non solvit unum debitum, sed pecuniam simpliciter tradit,
 quantumvis sit debitor, electionem non habet, sed in arbitrio illius est creditoris acci-
 piendis, cui potius debito acceptum ferat, ut recte ibidem subicit Consultus: Manet
 ipitur nihil commune habere cum nostro tractatu, de quo in d. l. pen. C. de Cond. indeb.
 ac per consequens recte in suis terminis, et ratione propria staxe Olyiani decisionem
 in nostra l. t. minime abrogata Iur. in Imperatoris nova decisione, imo communiter
 a ceteris Consultis, et precipue Imperatoris Anton. constitutione approbaram, et stabi-
 litam.

l. Si in emptione 34.
 § Si empro de contrah. emp. l. 10.
 § fin. de iure dot. l. adigere de iure pari.

Duplicem declarationem tradite Regule subicit Oly. utraque summe dif-
 ficilem ob implicationem, quam interire, atque adeo cum Regula ipsa prima facie
 habere, et continere videntur; et quidem ita demum arbitrium constituendi cre-
 ditori concedit Consultus: Dummodo in id constituat solutum, in quod ipse, si debe-
ret, esset soluturus, quoque debito se exponeretur, si deberet, id est id, quod Verba
preciam continent obligationem ex parte creditoris, nec ad ipsam in concreto refe-
rentur, sed in abstracto, prout accepimus alia Iulii Pauli Verba lib. 2. Pithan.
Lab. in l. 54. in pno de act. empri, ita ut non tam quid ipse creditor, si deberet, sol-
vendo esset soluturus, quam quid alii omnes debitores Verimiliter essent facturi, im-
prociatur, ut probat Oly. ipse, dum post Verba superiora addit, id est in id debitum, q.
non est in controversia, aut in illud quod quis pro alio fideiussit V. indicans
 non privatum morem creditoris, de quo apitur, esse inspiciendum, qui ponit in
 exemplis Olyiani preferre debitum controversum, dicens hoc ordine se soluturum,
 si debitor esset, imo esse inspiciendum communem debitorum morem, hoc est id,
 quod omnes debitores, atque idem Sociates, et Plato fecerunt; quamvis enim ad cre-
 ditorem ipsius referantur Verba, ex mente tamen Oly. Verimiliter capiendarent,
 et cum illa moderazione, nempe si creditor hic, de quo apitur, debitor consideratus,
 non peculiari quodam ingenio, sed communi omnium debitorum fingatur, et sup-
 ponatur, ut adversus Azonem, et Accurium subtiliter probat Pancorbimus Obier. 58.
 in pno: debet ergo creditor eligere id, quod fugis debitor quilibet, dum solvit, eli-
 gere, et constituere solet, nempe graviozem causam debiti.

N. 5.

l. 54. de R. empri.

Rationem huius rei subicit Oly. dum
 ait: equum enim Virum est creditorem ita apere rem debitoris, ut suam aperet.
 Sed quare id sit equum, nec ex DD. illis, nec Oly. ipse ait: ne ipitur paginas
 impleamus in referendis aliis considerationibus, interim nobis Videtur, equitatem hanc
 esse petendam ex ratione unica, et fundamentali huius tractatus, quam ipius in superio-

N. 6.

d. l. tot. Veri. Paulus.
ff. h. tit.

ribus dedimus; Etenim iam debitori solvendi, iam creditori pignus detrahendi, demon-
strandi causae liberam facultatem iura concedunt, ut testatur Paulus in l. tot. Veri. Paulus ff.
hoc tit. prout Vnus, alterve Auctor dissolutionis nemus solus consideratur. At in presentibus
terminis neque debitor solvens, aut creditor acceptum ferens, seu impurans, perfectus,
et solus Auctor est dissolutionis nemus: quippe debitor, dum pecuniam simpliciter tra-
dit, voluntarie incipit dissolvere nexum; aut nullus solvitur, dum plures sunt, et
neutri à debitore demonstratur; Creditor autem, qui causam demonstrat, et pecuniam
ei acceptam facit, solutionem nexus à debitore inchoatam perficit, et terminat: Cum
igitur attento principio debitor auctor solutionis videatur, creditor autem inspecto
fine pariter auctor consideretur, quamvis in hoc simultaneo concursu utriusque par-
tis Actus, stricta iuris ratione potior videatur, pars eius, qui perficit, et consumat.
Equitas tamen facit attento principio solutionis, et favorabiliori causa debitoris, ut
eius persona consideretur; neque demonstrare causam creditor debet, ut ipse demons-
traret, si debitor esset, non quidem pro ingenio proprio, ut supra diximus, neque pro
ingenio ipsius debitoris, de quo agitur, sed pro arbitrio boni Viri cuiuslibet demum
debitori, qui Verisimiliter graviozem causam, ac magis onerosam sibi sibi demonstraverit
semper: Unde apparet, neque arctandi debitoris arbitrium leviozem forsan designandi cau-
sam, si creditor non consentiat, neque in consideratione esse voluntatem creditoris
contradicente debitore, si pariter leviozem demonstrat, imò graviozem, animi Viri
utique divergentibus, causam ex pluribus considerandam esse.

N. 7.

Hac ratione supposita, mirandum non est, creditori
non esse omnino liberum inter causas arbitrium, sed obnoxium, et circumscriptum
ipso iuxta praeccepta iuris tributum esse, Verum non omnino nullum, etiam in his
terminis, et in imparibus causis, creditoris arbitrium reddi, hac circumscriptione
facta, contra Azonem, Accurium, et Pancorbinum d. Obi. 58. exempla subiecta clare
demonstrabunt; et quidem etiam sufficeret ad res. Qlp. quaecumque creditoris arbi-
trium, quod indubie habet, quando pars et dicitur, et contractuum causa proponi-
tur; siquidem etiam renuente debitore poterit unam ex eis demonstrare causam, nec
per partes solutionem recipere, ut contingeret, si tam ignis quam de bitoni demon-
stratio coarctat. l. Illud. 8. ff. h. tit. adhuc tamen imparibus concurrenibus causis
creditoris arbitrium in consideratione est. 1.º quando creditor ex gravioribus unam
causam eligit, debitor vero leviozem pro ingenio quodam demonstrare intendit.
2.º cum debitor, qui ex causa maioris decem, ex causa promissionis Vigintri, ex alia
causa centum debens, decem simpliciter solvit, et creditor causae mutui acceptam
pecuniam facit; quippe audiendus non est debitor, partem alterius causae sol-
vere intendens, invito creditore, qui traditam pecuniam ideo accipit, quia ad
Vnius crediti integram satisfactionem sufficiens est. 3.º et signanter arbitrium
prodest creditori, quando debitor non unum debitum, sed partem solvit, id est
aliquam pecuniae quantitatem, quae ad neutrius debiti integram solutionem suf-
ficiat, in qua specie libere demonstrat causam creditor, cuiusque demonstrationi
Statur, si debitor consentiat. Sin debitor aliam designet causam iuxta Plonen-
tini decisionem in l. 2. h. tit. liberum erit creditori pecuniam reddere, et nullam
causam exponere; alioquin si eam retinere adhuc velit, neutrius demonstrationi
Stabitur; sed iuxta iuris Regulas gravioz causa, quae est, exponenda intelligetur;
neque enim conditio indebiti Vnquam dabitur eius pecuniae nomine, quae omni-
bus ex causis naturaliter, et civiliter debetur, nequidem ob omniam à debitore
per errorem electionem, quae ex conventionem nullo modo venit, sed ex facto ipso,
quo de agitur, dumtaxat provenit, ut saepius in superioribus repetitum manet,
idemque mihi procedere videatur, si in solidum aliud pro alio simpliciter accipi-
enti creditori debitor det, vel pignora pro Vnico debito, aut pro certa quantitate tradat.

l. 8. ff. h. tit.

Non differor alio quoque sensu rebusliber Olpianum accipi posse, nimirum si triplicem electionis ordinem in casu exolvendi faciamus, alterum debitori, alterum creditori, et alium iuri; altero alterum auctiorem, et strictum magis, Terenti superioribus rationibus: Ut quidem debitori liberum omnino sit in casu arbitrium, et si eam ipse demonstrare velit, qui in controversia est, seu eam ex qua retinere, peti autem pecunia non possit. Creditori autem pariter sit liberum arbitrium in casu, dummodo ordinem ab Olp. prescriptum servet, neque eam causam demonstrat, qui sit in controversia, eamve ex qua peti pecunia non possit. Porremo ex iuris dispositione, utraque cessante strictius servetur ordo prescriptus à Consultis in l. 3. §. fin. cum l. 1. reg. l. Cum ex pluribus. §. 2. cum aliis ff. h. tit. Sicque plurimum creditori pecuniam simpliciter accipienti proderit arbitrium, si quidem inter plures causas proprio nomine, paxe, et absque controversia civiliter consistentes, quam maluerit, et si leviozem designare pro ingenio ei facta erit; neque refragatur quidquam Olpiani subiecta moderatio, de qua in Veni. quoties, quam ipse statim declarat in Veni. id est in id debitum. Nec rursus remotus conclusio ab eodem Olp. seu consequentia deducta in l. 3. h. tit. in Veni. hęc res efficiet; si quidem comparativè ad causas, que sunt in controversia, que alieno nomine debentur, et quarum dies nondum Venit, cum de arbitrio creditori agimus, gravior causa recte dicitur, que paxe civiliter, et proprio nomine contracta invenitur, iuxta eiusdem Consulti mentem, qui postquam creditori arbitrium designavit in §. quod si forte d. l. 3. et in l. 5. h. tit. describere incipit ordinem iuris in graduacione, et paxatione causarum auctiorem, et strictum magis; Utraque opinio simul probabilis, et equè in Scholis defensiabilis, et si in praxi prior magis Vera, et equa mihi interim videretur.

L. 3. §. fin. l. Cum ex pluribus. §. 2. ff. h. tit.

Sequitur apud Olp. id est: In id debitum, quod non est in controversia, aut in illud, quod pro alio quis fideiussit, aut cuius dies nondum Venit. Quę Verba, ne comperit aliis sint iuris adverba, Variè exponunt, ac emendant paxter Gloriam, et Antiquiores Cuiac. lib. 5. obs. cap. 35. Ant. Contius lib. 4. duplicis iuris civilis cap. 7. Fornex. lib. 4. rer. quotid. cap. 10. Kartman. Pir. lib. 3. §. 2. n. 10. Donell. lib. 16. comm. cap. 12. et Bachov. ad Trevel. Vol. 2. disp. 29. th. 3. lit. C. quibus somnis omnibus, utpotè improbabilibus, et nullo modo morbo medelam adhibentibus, Verissimum iudicio Vocem aut Utraque loco superioris Oracionis, non electioni esse, ut scilicet eligere possit creditor, in quem harum trium causarum solutionem velit, ac constituat: sed ordinem hoc est subsidiarium, et prius aut in defectum primi exempli, posteriori aut in defectum secundi locum habere, et non ante: ut hic sit Olp. sensus, dummodo creditor in id debitum constituat, quod non est in controversia; cuius tamen dies Venit: et si casu nullum sit eiusmodi, in illud, in quo debitor pro alio fideiussit, cuius iidem dies Venit, et si hoc etiam defuerit, 3. demum loco in illud, cuius dies nondum Venit, quæ ratione si progredi quoque Velimus: 4. loco indebitum, quod debitor proprio nomine debebat, cuius dies nondum Venit, priusquam in illud, quod fideiussoris nomine, cuius dies pariter nondum Venit: ita nulla erit inter Olpiani, atque aliorum Iuris Consultorum responsa, pugna, sed totus ille Venit. plenissime absque emendatione affirmando decurret. Supererit, ut demonstremus alternativam aut, aliamve, que eiusdem sit poteratis, hoc quoque minus habere, ut non utraque pars in idem tempus concurrat, sed altera in alterius demum defectum locum habeat; id vero elegantissime docet Papin. in l. Cum Pater. §. Si a te peto maxime ff. de leg. 2. ubi: A te peto maxime, si quos liberos habueris, illis prædica relinquant, vel si non habueris tuos, sive meos propinquos, aut etiam noveris liberos: non esse datam electionem, sed ordine Scripturę factam substitutionem responderi. Ecce ubi alternativa sive, et alternativa aut non dant oppositionem, neque in unum, et idem tempus concurrunt, sed ordine dant subsidiarium; nam liberi maxime deficientibus, propinquos maxime, huius quoque deficientibus, et non ante propinquos Noveris, quod si hi quoque deficient, Utriusque demum liberi.

L. 11. §. Si a te peto maxime. de leg. 2.

praedia in ea specie contenta relicta; ex quo Papiniani responsio deduci potest, ubi ratio, aut mens terrarum, aut contrahentium, aut legis denique hoc possulant, ut non opus derivat, sed ordo ubi alternativam non optionem daret, sed velut per gradus quosdam ordinem. Unde ex gloria Ioannis Andae in cap. In alternativum de reg. iur. in 6. colligit Dominicus in cap. Littera in pro de Sepultura lib. 6. alternativam esse ordinem, quando secunda qualitas additur in defectum primae, et tunc censetur ante additam in defectum primae, quando illa prima ex iuris dispositione debet preferri, idem probat altexon eiusdem Papini. Responsum in l. heredes mei. §. 5. ff. ad Trebell. Videndi sunt Sylclama lib. 5. memb. cap. 20. Omuald. d. lib. 16. comm. Don. cap. 12. lit. D. pro omnibus Francisco Pancostrinus d. lib. obi. cap. 58. Ex quo ad litteram dicta huicque hoc num. derumpta, et transcripta sunt in eorum gratiam, qui praedictum observat, librum pro manibus non habet.

l. heredes mei. §. 5. ff. ad Trebell.

N^o 10.

Itaque Ulpiani moderatio arbitrii creditorum praecipua visum habet, quando debitor unum debitum solvens alternativam causam designavit, dicens solvo in hoc, vel illud, aut illud debitum; tunc enim nisi aliud ex facti circumstantiis colligatur, liberam omnino in causa demonstratis arbitrium creditor habebit, non ex iuris regulis, expressa voluntate in causa demonstratis arbitrium creditor habebit, et permittitur. 2^o locum non habet, quando debitor, debitoris legem dicentis eidem tribuit, et permittitur. 2^o locum non habet, quando debitor, qui sortem, et vias debet, simpliciter aliquam pecuniae quantitatem solvit; quippe in hac specie licet creditor pro ingenio vel sortis, vel vias pecuniam acceptam facit, praevidetur et in sortis causa debitori, qui vias parit: quod quidem ad id procedit, ut etiam creditor pecuniam accipiens caveat debitori se in sortem, et in vias accipere; tamen nisi expresse aliud nuncupet, et significet, prius in vias, et si quid superest in sortem, pecunia tradita imperatur. In huius §. ff. h. tit. nam ut subtiliter subicit Iulius Paulus nra tradita imperatur. In huius §. ff. h. tit. nam ut subtiliter subicit Iulius Paulus minimè attenditur scripturae origo, sed potius ex iure sumitur id qd apud videtur l. 6. ff. h. tit. Et enim quando contrahentes aliquid simpliciter disponunt, et expresse caveat actum aliquem, qui ex iuris preceptis certam formam habet, illud ipsum quod iure invenitur dispositum, in ambiguo cavere videtur, ut laze probari ad Sab. lib. 6. Pithan. in l. pen. ff. de iure dot. sect. v. n. 33. cum seqq. Si igitur in presenti ordinem à iure praecipuum circa sortem, et vias in cautione ambigua sequi creditor intelligitur, ut rectè interpretatur Donellus in l. t. C. h. tit. n. 1. Ratio autem quare libera sit hoc casu demonstratio creditorum, et qua demum ex causa similis ordo à iure similiter invenitur praecipuus, sequenti cap. n. 10. et melius cap. v. n. 15. videbimus. 3^o cenat inculdubio Ulpiani moderatio, quando liberatio, et solutio debitoris incipit à creditore, qui ex pignore distracto sibi satisfacit. l. Paulus. tot. Veri. Paulus. ff. hoc tit. Vel quando creditor voluntarie debitorem invitum, seu volentem acceptatione intendit liberare iuxta tradita per Nos ad Sab. lib. 6. Pithan. in l. si debitor. §. ff. h. tit.

l. §. 5. ff. h. tit.

l. 6. ff. eodem.

v. numerum ultimum totius tractatus.

l. tot. Veri. Paulus. ff. h. tit.

N^o 11.

Quarto denique siletur Ulpiani moderatio eo casu quo creditor ex pluribus causis conventus à debitore, cui vicinim ex aliqua causa debet, compensare malit in casibus à iure permitti: quippe liberam facultatem habet demonstrandi causam, quam elegerit etiam leviozem, etiam eam, de qua dumtaxat retineri peti autem pecunia non poterit; quod quidem non alia ratione procedit, quam quae in superioribus sepius repetita manet; cum enim creditor, cum de compensatione author solutionis nexu sit, ad eum electio, et designatio spectet. arg. rō in l. tot. Veri. Paulus h. tit. §. 5. ff. de Compensat. iuncto Pinello lib. 2. select. cap. 16. n. 11. idque non solum procedit, quando nimirum creditor eguale debitum, seu in quantitate excedens, compensat, quo casu voluntarie parvi solutionem admittit, ut dicimus cap. super. num. 7. ex traditis à D. Didaco de la Serma de solut. cap. n. 2. Verum et eo quoque casu persequi locum habet, quo illud debitum creditor demonstrat, quod ad integram mutuo à debitore petere quantitate satisfactionem sufficiens non sit, quoniam etiam creditor per partes solutionem admittere non compellatur; hoc tamen procedit, quando realiter solutio sit, non vero quando ficta, et interpretativa, seu iuris potentate, virtute s. compensationis, aut acceptationis, quo casu omnino cenat incommoda partialis solutionis. l. cum

arg. rō. d. l. tot. Veri. Paulus h. tit. §. 5. ff. de Compensat.

Alber. ff. de Debitis. 19. ff. de Compensat. l. 4. C. eod. l. 4. C. eod. l. 4. C. eod. l. 7. ff. de Compensat. Donell. tit. comm. cap. 15. Costa de rata quist. 6. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. d. 1. p. 29. th. 2. lit. B. D. Didacus de la Serna de Solut. cap. 1. n. 9. et cap. 2. n. 15. Facit Math. xxi in l. 2. §. Si tamen. 3. ff. de Verb. oblig. l. qui hominem. ff. de acceptil. iuncto Regino lib. 1. differ. cap. 59. et lib. 1. in exp. cap. 50. n. 100.

l. 2. ff. de Compensat. §. 4. C. eodem.

His consequens illa non in subtili occurrit quistio, quid nempe dicendum est, cum debitor ex pluribus causis unum debitum solvit, eam autem designavit causam ex qua lapsus, quae nulla erat, aut eam, ex qua quoniam tunc perpetua exceptione inveniebatur, nec peti, nec retineri pecunia poterat; in qua specie iuxta nuper dicta, incunctanter dicendum videretur, agenti debitori conditione indubitata compensationem obicere posse creditorem pro ingenio, et arbitrio causam eligentem; etenim cum creditor compensationem obiciens auctor solutionis nexus sit, recte eam quoque causam eligere poterit, quae natura tantum debetur d. l. tot. Veri. Paulus. ff. h. tit. cum etiam quod natura tantum debetur, veniat in compensationem. l. etiam. §. iuncto Vinio lib. 1. select. cap. 49. ff. de compensat. dummodo illam creditor n. demonstrat causam, cuius dies nondum venit. l. quod in diem. iuncto D. Joanne de Puga de die certo num. 8. ff. eod. tit. de Compensat. Id autem comprobare videretur Ulp. ipse eodem lib. 43. ad Edict. in l. Eleganter. 23. §. Si post rem. ff. de Cond. indeb. ubi postquam supponit Consultus ex falsa causa solutum repertum posse, quistio in d. S. t. an quod ex causa transactionis post rem iudicatam nulliter factae solutum dicitur, repertum possit? Et affirmat ibidem repetitionem iudicato debitori competere, Verum creditorem, qui ex ea nulla, et falsa causa pecuniam accepit, ex alia causa utili, nempe ex debito iudicari compensationem repertam debitori obiecturum. Vidend. Cludius de cond. indeb. cap. 3. n. 36. cum seqq. porro q. licere creditori compensationem obicere, innuit regula tradita mem. superiori, nempe et licere ei nexum hae via dissolvere, eam, quam pro arbitrio maluerit designare causam. facit doctrina Pinelli lib. 1. select. cap. 16. n. 3. Neque obicit doctrina Pauli Casrensio in l. t. h. tit. n. 4. aientis creditorem retinere non posse id, quod perperam solutum ipse est ob aliam diversam causam, ratione cuius minime solutio facta proponitur, et intelligenti t. in l. 26. §. Si centum. ff. de cond. indeb. l. Eleganter. 24. §. qui reprobo. ff. de pign. act. Nam quidquid super retentione rei indebite soluitur disputetur a Bartolo, et Castrensi, et affirmative per Sabrum in Varion. ad in. in d. §. Si centum (de quo late Cludius de cond. indeb. cap. 7. n. 62. cum multis seqq.) aliud omnino procedit in quantitate, quae mutuo ex alia causa ab ipso debitor, qui indebitum solvit, debetur, ubi compensationi proculdubio locus est, si nihil aliud impedit, opposita doli exceptione ex constitutione Divi Marci. §. In bonis. Inst. de R. cum Vult. Verum licet hic ita procedant, iuxta superiora principia, condicente, et pecuniam repertam debitor: tamen si pecuniam repertam nolit, porro deinde habeatur ac si unum debitum, nullam causam designans debitor creditori tradiderit: in quo conceptu, siquidem creditor protinus bonam agnoscens fidem, postquam accepit aliam causam demonstrat, et stabitur, si iuxta moderationem ab Ulp. traditam eligens arbitretur: Proque Veri tacente iuris dispositione tertia regula strictior in ordine causarum servabitur: Consultus ergo debitori erit pecuniam penes creditorem relinquere, quam solutum repertum. His non obicit in l. Si pany. 19. §. quamvis. ff. de cond. indeb. de cuius conciliat. cum l. Repertum. 44. ff. eod. agunt Sabrum in Varion. p. 4. r. Cuius in l. 5. C. illo tit. et lib. 8. obs. cap. 9. Duas. ad tit. de cond. indeb. cap. 7. Gregori. Lopez lib. sing. animadv. cap. 13. Forcat. dialog. 96. n. 2. And. Cludius de cond. indeb. cap. 1. n. 30. Pacius cent. 4. q. 1. etenim intelligendus est, quando is, qui repertum intendit, quod nomine proprio solvit, neque ex ea, aut ex alia causa debitor erat; nam si ex alia causa debitor Verus proponeretur, obiecta stricto iudicio per doli exceptionem compensationem, recte creditor pecuniam traditam retineret inde ex reg. xxi in l. Naturales. 10. ff. de Oblig. et act. de qua Cuius lib. 9. quist. Pap. in l. 94. §. flavius. ff. h. tit. Orinald. ad Donell. lib. 12. comm. cap. 2. D. Olea de cen. r. tit. 3. q. 8. n. 33. circa inhibitionem soluti repetitionem existente obligatione naturali, non solum militat, quando eius obligationis nomine solutio facta proponitur, Verum et locum praeterea habet, quando alio nomine solutio facta est, dantur tamen termini compensationis. An autem idem procedat in specie Papin. in d. §. flavius l. 94. eo casu quo sciens servus actor, velens, eam pecuniam

l. 2. ff. de Compensat.

d. l. tot. Veri. Paulus. ff. h. tit.

l. 2. ff. de Compensat.

l. 23. §. Si post rem. ff. de cond. indeb.

Obicit Pinelli locus, inde et loci Pauli Casrensi, in l. t. h. tit. n. 4.

l. 26. §. Si centum ff. de cond. indeb. l. Eleganter. 24. §. qui reproboi de pign. act.

l. Si pany. 19. §. quamvis ff. de cond. indeb. n. ad conciliat. anteced. mater. in Temodii n. 32.

l. 94. §. flavius.

evoluit, quæ nullo Iure, vel naturaliter dimittere debet, magis dubitabile est, cum iuxta
Papin. 5. Dominus in his terminis rei vindicationem habet, cui ex re compensatio obici potest;
amplius tamen non minus super hoc, quam super omnibus hoc Num. traditū cogitandum, et
deliberandum relinquimus, quia nec textus, nec auctor ullus in re iam nobis occurrat.

N. 13.

L. Quæritur 9. §. Si ius. §.
de adm. tut.

Pariter disputari potest, quid nempe procedat, quando pupilli
creditor, idemque tutor sibi solutionem facit, ut facere debet. l. quæritur 9. §. Si ius. ff. de
adm. tut. iunctis per nos traditis ad Lab. lib. 5. in l. fin. ff. de auctor. tut. n. 10. Vel e contra
quando tutor, idemque debitor pupilli acceptam facere velit aliquam pecuniæ quanti-
tatem pupilli rationibus in specie tui in l. 5. §. debitor l. 9. §. Sed et sub Nuri. ff. de adm. tut.
cum aliis à nobis adductis in d. l. fin. num. 11. In qua questione, etsi nullo iure existente
incunctanter currimus, tutorem debitorem ex pluribus causis, non ob id demonstrandi cau-
sam facultatem amittere, quod ut tutor, cum simile munus detraimentum ei afferre
minime debeat: Itaque sicut alius quisquam debitor unum debitum solvens ei casus,
quam libere designaverit, acceptam fecit, et applicare ponent in rationibus tutore. Si au-
tem creditor ex pluribus causis proponatur, iuxta iuris strictas regulas demonstra-
tionem facere tenebitur, et tutum à debita Iudicis auctoritate, cum in specie hac debi-
toris solventis, non creditoris pecuniam accipientis alterius nomine munere fenerator.
faciunt per me tradita in d. l. fin. num. 8.

L. 5. §. 9. §. Sed et sub Nu-
ri. §. eodem.

N. 14.

Succedit secunda Ulpiani moderatio, qui ita demum cre-
ditori pecuniam accipienti imputandi arbitrium concedit, si in continentis parte factam tra-
ditionem pecuniæ, voluntatem suam declarat, presente adhuc debitore, nec ad alios extraneos
actus divergente: at igitur Ulp. iuxta Florentinam Editionem, quæ una cum Vulgata
in sensu est, quin emendatione aliqua opus sit: Permittitur q. creditor constituisse in q.
velit solutum, dummodo sic constitutum, ut in re sua constitueret, sed constituisse in re pre-
senti (subaudi Permittitur, quod omnis Ulp. n. 1. pp. Verbum idem eadem ratione repe-
teret) hoc est ratum atque solutum est (requiritur in p. 3. eiusdem orationis concessum)
Ceterum potest non permittitur. huius moderatio ratio, etsi nullus ex his, quos Vi-
derim, tradat, ea mihi esse videtur; etenim postquam res acta est, Veroque tam debitore,
quam creditore tacente, et ad alios actus divergente, subintrat 3. loco iuris potestas, et
dispositio, quæ illic imputationem facit Verimiliter ex mente debitoris, ut probat Ulp.
idem in d. l. Ceterum 3. §. ff. h. tit. quæ iuris imputatio cum non minus incomparabilis
sit cum creditoris diversa imputatione, quam debitoris demonstratione; si quidem
unus, idemque obligationi nexu nequit alterius facto solutus, alterius arbitrio de-
licius, et adhuc implicatus intelligi; et sicut locum habente arbitrio creditoris
post traditam pecuniam, illic cessat debitoris facultas, ita subintrante iuris dispo-
sitione, cessat protinus creditoris arbitrium. Sed instabis adhuc dicens; quare ni-
mirum subintrat iuris potestas cessante creditore? Si quidem ea ratio, quæ arbitrium
creditori tribuit, et ad eum convertit electionem, non minus militat in continentis,
quam ex post facto secuta pecuniæ traditione? Quocumque ergo tempore creditor ac-
ceptam alicuius causæ pecuniam faciat, et auctor dissolutionis nexu considerabitur,
et recte demonstrationem fecisse censebitur. Rursum, sicut conditio negativa, ex
qua pendet comminatio stipulationis, non terminatur cum prima dandi facultate, imò
non antea defecisse intelligitur, quam ipsa dandi, vel quid faciendi facultas ex-
tincta fuerit. l. 115. §. 2. ff. de Verb. Oblig. cum aliis à nobis adductis lib. 5. Pithean. in
l. fin. ff. de Nav. for. n. 3. ita pariter in presenti negativa conditio, sub qua pen-
det iuris potestas, nimirum si creditor non arbitretur d. l. 3. §. 1. ff. h. tit. n. prius
defecisse intelligi debet, quam proximo cessante facultate creditoris. Ita igitur consi-
derationibus satisfaciens, dico, eandem equitatis rationem, quæ in arbitrio faculta-
tem creditoris moderavit, et in tempore quoque iurimè moderare, et coarctare, nec
incerto vagetur diutius debitoris liberatio, in infinitum decurrente electione credito-
ris, quæ non ex conventionne aliqua, sed ex facti natura, et iuris potestate duntaxat

L. 3. §. 1. ff. h. tit.

L. 115. §. 2. de O. O.

Venit; quod quidem non nisi confusione, et iurgia produceret; etenim ex post facto potest creditori, quacunque ex causa, recte devolutione facta exciperet debitor, vel ad ipsum converteretur electio virtute compensationis; solvente autem debitor, et causam demonstrante, recte quoque exciperet creditor, se in causam illam demonstratam pecuniariam acceptam tulisse; denique consumpta pecunia, aut deperdita, qui creditor erat, debitor evaderet, sicque nullus horum circumventum finis, et terminus esset. Nec novum ut aliqua equitati, aut iuris ratione suadente, negativam conditionem, etiam eam, quae ex conventionem venit, cum prima facultate dandi, vel faciendi terminari, et pro defecta haberi, ut diversimode probantur in l. 2. ff. de verb. oblig. l. fideiussor. 16. §. Cum fideiussor. 6. ff. de fideiussor. l. 2. §. fin. ff. de recept. et his cum aliis à nobis adductis in d. l. fin. ff. de nau. fen. n. 32. cum seqq. Recte quoque iuris potestas, utroque cessante, et silente, pecuniam traditam ex mente debitoris vni ex pluribus causis pendens acceptam facit; quin amplius locum esse potest demonstrationi debitoris, aut creditoris, semel aliquo nexu obligationis perfectae, vel in totum, vel pro parte soluto.

l. 2. de O. O. l. 16.
 §. Cum fideiussor. 6. ff. de fideiussor.
 l. 2. §. fin. de recept.

